



Universitätsbibliothek Paderborn

**Novæ Observationes Et Additiones Ad A. R. P. D.
Bartholomæi Gavanti Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli ac
Sac. Rit. Congregat. Consultoris Commentaria In Rubricas
Missalis Et Breviarii Romani**

Adiectis Summorum Pontificum & Sac. Rit. Congreg. Decretis usque ad
præsens emanatis

Complectens omnia Gavanti Commentaria in Rubricas Breviarii - Cum
Indicibus Decretorum, Rerum atque Verborum notabilium

Merati, Gaetano Maria

Augustæ Vindelicorum, 1740

VD18 10783695-002

De Dominicis post Pentec. XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39775

Festa sollemniora occurrentia in dicta die Corporis Christi transferantur infra Octavam in primam diem non impeditam. Ita S. R. C. die 23. Junii 1736. in Einsidlen. & datur in nostro Indice sub num. 327.

II. Gavant. pag. 102. col. 2. num. 3. - *Diximus sect. 3. cap. de Octavis &c.)* Sectando Gavanti vestigia etiam nos ibide in nostris Observationibus & Additionibus nonnulla tradidimus de Privilegiis hujus Octavae, & quomodo excludat Semiduplicia Festa, necnon Duplicia translata, non vero si

sint huc Festa translata Ritu Duplici prima vel secunda Classis decorata.

III. Gavant. pag. 102. col. 2. num. 4. - *An nona Lectio erit legenda &c.)* Loco mox citato egimus pariter de hac re, nempe utrum infra hanc Octavam de Simplicibus legenda sit IX. Lectio, unde videantur ibi dicta, praesertim vero Decreta nonnulla allegata, & a S. R. C. edita. De expositione, & de Processione Sanctissimi Corporis Christi facienda in hac sollemnitate fusè tractavimus cum Gavanto tom. 1. part. 4. tit. 12. a num. 3.

Cap. XXI. De Dominicis post Pentecosten.

caret novis Observat. & Additionibus.

SECTIO SEPTIMA. DE PROPRIO SANCTORUM.

Novae Observationes, & Additiones ad Gavanti

Cap. I. De Vigiliis, Festis & Octavis Sanctorum.

I. Gavant. pag. 105. col. 2. n. 5. - *Contra quos idem Radulphus acriter invehit, quod plures Santos in Kalendario invexerint, quam ante, cum tali prejudicio Psalterii, ut hanc multiplicitudinem Festorum etiam abusum detestandum, idem Radulphus appellare non dubitet. Guyetus quoque lib. 1. cap. 1. quest. 19. approbare nescit Festorum pruriginem, quae multorum e Clero tam Secularium, quam Regularium animos ita pervasit, ut nihil plus optent, nihil ferent vehementius ambiant, quam abactis procul omnium Feriarum Officiis, continuis, ac propriè quotidianis Festis indulgere, opinantes libi, & Religioni magnum augmentum, & Ecclesiae suæ, vel Ordini splendorem accivisse, si corrogatis undique opportunè, importunè Sanctis, consertum, & coamentatum, atque superfluens Kalendarium proprium compegerint, quod*

acriter invehitur, quod plures Santos in Kalendario invexerint, quam ante, cum tali prejudicio Psalterii, ut hanc multiplicitudinem Festorum etiam abusum detestandum, idem Radulphus appellare non dubitet. Guyetus quoque lib. 1. cap. 1. quest. 19. approbare nescit Festorum pruriginem, quae multorum e Clero tam Secularium, quam Regularium animos ita pervasit, ut nihil plus optent, nihil ferent vehementius ambiant, quam abactis procul omnium Feriarum Officiis, continuis, ac propriè quotidianis Festis indulgere, opinantes libi, & Religioni magnum augmentum, & Ecclesiae suæ, vel Ordini splendorem accivisse, si corrogatis undique opportunè, importunè Sanctis, consertum, & coamentatum, atque superfluens Kalendarium proprium compegerint, quod

N n 2 pro-

